



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XV. De ratione superiori, & inferiori. Et habet artic. quinque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

officio, debet etiam perfectiorem scientiam habere de his, quæ sunt fidei.

AD SEPTIMUM dicendum, quod minores non habent fidem implicitam in fide aliquorum hominum particularium: sed in fide Ecclesie, quæ nõ potest esse informis. Et præterea, vnus non dicitur habere fidem implicitam in fide alterius propter hoc, quod conueniat in modo credendi fidei formatæ, vel informis, sed propter conuenientiam in credito.

ARTICVLVS XII.

Vtrum vna sit fides modernorum & antiquorum.

334.4.21.6 **D**ODECIMO queritur, vtrum vna sit fides modernorum & antiquorum. Et videtur quod non. Scientia enim vniuersalis differt a scientia particulari: sed antiqui cognoscebant ea, quæ sunt fidei quasi in vniuersali implicite credentes, moderni autem in particulari credentes explicite. ergo non est eadem fides modernorum & antiquorum.

¶ 2 Præ. Fides est de enuntiabilibus: sed non sunt eadem enuntiabilia quæ nos credimus, & illi crediderunt, ut Christum nasciturum, & Christum natum. ergo non est eadem fides nostra & antiquorum.

¶ 3 Præ. Determinatum tempus in his quæ sunt fidei, est de necessarijs ad credendum, aliquis. n. infidelis reputatur ex hoc quod credit Christum nondum uenisse, sed esse uenturum. sed in fide nostra & antiquorum sunt tempora uariata. nos enim credimus de præterito, quod ipsi credebant de futuro. ergo non est eadem fides nostra, & antiquorum.

SED CONTRA, Ephesiorum 4. Vnus Dominus, vna fides & cætera.

RESPON. Dicendum, quod hoc pro firmo est tenendum, unam esse fidem modernorum & antiquorum, alias non esset una Ecclesia. Ad hoc autem sustinendum quidam dixerunt idem enuntiabile esse enuntiabile de præterito quod nos credimus, & de futuro quod antiqui crediderunt. Sed hoc non uidetur conueniens, ut uariatis essentialibus compositionis partibus eadem compositio maneat. Videmus enim compositiones per alia accidentia uerbi, & nominis uariari. Vnde alij dixerunt, quod enuntiabilia sunt diuersa, quæ nos credimus, & illi crediderunt: sed fides non est de enuntiabili, sed de re. Res autem est eadem, quamuis enuntiabilia sint diuersa, dicit enim quod hoc per se conuenit fidei, ut credat resurrectionem Christi: sed hoc est quasi accidentale, ut credat eam esse, uel fuisse. Sed hoc falsum apparet: quia cum credere dicat assensum, non potest esse nisi de compositione, in qua uerum & falsum inuenitur. Vnde cum dico credo resurrectionem, oportet intelligi aliquam compositionem, & hoc secundum aliquod tempus quod anima semper adiungit in diuidendo & componendo, ut dicitur in 3. de Anima, ut sit sensus, credo resurrectionem, i. credo resurrectionem esse, uel fuisse, uel futuram esse. Et ideo dicendum est, quod obiectum fidei dupliciter potest considerari: uel secundum se, prout est extra animam, & sic proprie habet rationem obiecti, & ab eo accipit habitus multitudinem uel unitatem: uel secundum quod est participatum in cognoscente. Dicendum est igitur, quod si accipitur id quod est obiectum fidei, res credita, prout est extra animam, sic est vna, quæ refertur ad nos & ad antiquos. Et ideo ex unitate rei fides unitatem recipit. Si autem consideretur secundum quod est in acceptione nostra, sic pluralificatur per diuersa enun-

riabilia: sed ab hac diuersitate non diuersificatur fides. unde patet, quod fides omnibus modis est vna.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod scire in vniuersali, & particulari non diuersificatur scientiam, nisi quantum ad modum sciendi: non autem quantum ad rem scitam a qua habitus habet unitatem.

AD SECUNDUM patet responsio ex dictis.

AD TERTIUM dicendum, quod tempus non variatur secundum quod est in re secundum diuersum ordinem ad nos uel illos, unum enim est tempus in quo Christus passus fuit: sed secundum diuersos respectus ad aliquos dicitur præteritum, uel futurum respectu præcedentium uel sequentium.

QVÆSTIO XV.

De superiori, & inferiori Ratione.

In quinque articulos diuisa.

¶ Primo, Vtrum intellectus, & ratio sint diuersæ potentie.

¶ Secundo, Vtrum ratio superior, & inferior sint diuersæ potentie.

¶ Tertio, Vtrum in ratione superiori, & inferiori possit esse peccatum.

¶ Quarto, Vtrum delectatio morosa per consensum in delectationem in inferiori parte rationis existens, sine consensu in opus sit peccatum mortale.

¶ Quinto, Vtrum in ratione superiori possit esse peccatum veniale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum intellectus, & ratio diuersæ potentie sint.

QVÆSTIO est de ratione superiori, & inferiori. Et primo queritur, vtrum intellectus, & ratio sint diuersæ potentie in homine. Et videtur, quod sic, dicitur enim in libro

de Spiritu, & Anima, cum ab inferioribus ad superiora ascendere uolumus, prius occurrit nobis sensus, deinde imaginatio, postea ratio, postea intellectus, postea intelligentia, & in summo est sapientia, quæ est ipse Deus: sed imaginatio, & sensus sunt diuersæ potentie. ergo ratio, & intellectus.

¶ 2 Præ. Homo, ut Greg. dicit, cum omni creatura conuenit ratione, cuius dicitur omnis creatura: sed id quo homo conuenit cum plantis, est quædam potentia animæ, scilicet vegetatiua, distincta a ratione, quæ est propria potentia hominis, in quantum est homo: & similiter id in quo conuenit cum brutis, scilicet sensus. ergo pari ratione, id in quo conuenit cum Angelis, qui supra hominem sunt scilicet intellectus, est alia potentia a ratione, quæ est propria humani generis, ut dicit Boetius in 5. de Consol.

¶ 3 Præ. Sicut sensuum propriorum acceptiones terminantur ad sensum communiem, qui de eis iudicat: ita rationis discursus terminatur ad intellectum, ut iudicium feratur de his de quibus ratio contulit: tunc enim de his, quæ ratio confert, homo iudicat, cum resoluto ad principia deuenit, de quibus est intellectus, ratione cuius ars iudicandi resolutoria nominatur. ergo sicut sensus communis est alia potentia a sensu proprio, ita & intellectus a ratione.

Quæst. disp. S. Tho. DDD 4 ¶ 4 Præ.

l. p. q. 79. art. 2.

Ca. 11. ante medium illius to. 3.

Homil. 24. in Euang. n. multum a prin.

Prosa in 5. ante mediet.

¶ 4 Præt. Cōprehendere, & iudicare sunt actus potētias diuerſas exigētes, vt patet i ſenſu p̄prio, & cōmuni, quorū ſenſus proprius cōprehendit, cōis aut iudicat: ſed ſicut d̄r in lib. de Spiritu, & Anima. Quicquid ſenſus percipit, imaginatio repræſentat, cogitatio format, ingenium inuelligat, rō iudicat, memoria ſeruat, intelligentia cōprehendit. ergo ratio, & intelligentia ſunt diuerſæ potētia.

¶ 5 Præt. ſicut ſe habet, qđ eſt omnibus modis ſimplex ad actū cōpoſitum, ita ſe habet, qđ eſt omnibus modis cōpoſitum ad actum ſimplex: ſed intellectus diuinus, qui eſt omnibus modis ſimplex, nō habet aliquē actum cōpoſitum, ſed ſimpliciſſimū. ergo & ratio noſtra, quæ cōpoſita eſt in quātū eſt collatiua, non habet actum ſimplex, actus autem intellectus eſt ſimplex, eſt enim intelligentia in diuiſibilium, ſicut dicitur in 3. de Anima. ergo intellectus, & ratio non ſunt vna potētia.

¶ 6 Præt. Anima rōnalis ſm Commen. in 3. de Anima, & Philoſ. ibidem: mens autē ſeipſam cognoscit per aliquā ſimilitudinē, in qua eſt imago ſm Augu. in 9. de Trin. ſe per ſeipſam cognoscit. ergo ratio, & mens, ſiue intellectus non ſunt idem.

¶ 7 Præt. Potētia diuerſificātur per actus, & actus per obiecta: ſed obiecta rationis, & intellectus ſunt maxime differentia, vt enim d̄r in lib. de Spiritu, & Anima, anima percipit corpora ſenſu. imaginatiōne corporum ſimilitudines, rōne corporū naturas, intellectu ſpiritum creatum, intelligentia ſpiritum increatum: maxime autem differt natura corpora a ſpiritu increato. ergo intellectus, & ratio ſunt diuerſæ potētia.

¶ 8 Præt. Boetius dicit in 5. de Conſol. ipſum hominē, aliter ſenſus, aliter imaginatio, aliter rō, aliter intelligentia intuetur, ſenſus enim figuram in ſubſtantia materia conſtituta, imaginatio vero ſolam ſine materia iudicat figurā, rō vero hanc quoque tranſcendit, ſpecie quoque ipſam, quæ eſt in ipſis ſingularibus vniuerſali cōſideratione perpendit: intelligentia vero ceſſior oculus eſt. ſupergreſſa nāque vniuerſitatis ambitum ipſam ſimplex formam puram mentis acie intuetur. ſicut ergo imaginatio eſt diuerſa potētia a ſenſu, ex eo qđ imaginatio cōſiderat formā nō in materia, ſenſus vero in materia cōſtituta: ita intelligentia quæ cōſiderat formā abſolute, eſt alia potētia a rōne, quæ cōſiderat formā vniuerſalem in particularibus exiſtente.

¶ 9 Præt. Boetius dicit in 4. de Conſol. ſic vtiq; eſt ad intellectum rōnatio ad id, quod eſt id, quod gignitur, ad æternitatem tēpus. ad p̄ctum medius circulus, ita eſt fati ſeries mobilis ad prouidentia diuinæ ſtabilem ſimplicitatem: ſed conſtat quod prouidentia a fato, circulus a centro, tēpus ab æternitate, generatio ab ipſo eſſe per eſſentiam differt. ergo & ratio ab intellectu.

¶ 10 Præt. Vt dicit Boetius in 5. de Conſol. rō humani tantum generis eſt: ſicut intelligentia ſola diuini: ſed id, quod eſt diuinum, & humanum, non poteſt communicare in vna ratione potētia. ergo non ſunt vna potētia.

¶ 11 Præt. Secundum ordinem actuum eſt ordo potētiarum: ſed accipere abſolute aliquid, quod videtur eſſe intellectus, eſt prius, quam conferre qđ pertinet ad rationem. ergo intellectus eſt ratione prior. Nihil autem eſt prius ſeipſo. ergo nō eſt eadem potētia ratio, & intellectus.

¶ 12 Præt. Eſt cōſiderare rei entitatē abſolute, & en-

titatem rei in hoc, quarum cōſiderationum neutra anima humanæ de eſt. ergo oportet in humana anima duas eſſe potētias, quarum vna cognoscitur entitas abſolute, quod eſt intellectus, alia entitas in alio, quod videtur eſſe rationis.

¶ 13 Præt. Vt dicitur in lib. de Spiritu & Anima. ratio eſt mentis aſpectus, quo bonum malumque diſcernit, virtutes eligit, Deumque diligit, quod ad effectum pertinere videtur, qui eſt alia potētia quam intellectus. ergo & ratio.

¶ 14 Præt. Eſſentialis contra irraſcibilem & concipiſcibilem diſtinguitur: ſed irraſcibilis, & concipiſcibilis pertinent ad appetitiuam. ergo & ratio. ergo idem quod prius.

¶ 15 Præt. In 3. de Anima. Philoſ. dicit, quod in re rationabili eſt voluntas, quæ contra intellectum diſtinguitur, & ſic idem quod prius.

SED CONTRA eſt, quod Aug. dicere videtur in 1. de Trin. vbi dicit. peruenimus ad imaginem Dei, quæ eſt homo, in eo quod ceteris animalibus antecellit, id eſt ratione vel intelligentia & quædam alia de anima rōnali vel intellectuāli dici poteſt, quod pertinet ad illam rem, quæ mens vocatur vel animus. Ex quo videtur quod rationem, vel intelligentiam accipiat pro eodem.

¶ 2 Præt. In 3. ſuper Genef. ad literam & habetur in glo. Ephel. 4. ſuper illud, Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, intelligamus hominem in eo factum ad imaginem Dei, qui irrationalibus animalibus antecellit. Id autem eſt, vel ipſa ratio, vel mens, vel intelligentia ergo vt prius.

¶ 3 Præt. Vt dicitur 14. de Trin. ab Aug. melius natura, quæ nulla natura melior eſt, ſibi inquitur, & inuenienda eſt in nobis, quo eſt natura noſtra nihil hēt melius: ſed imago Dei eſt in nobis in ſuperiori parte rōnis, vt d̄r in 12. & in 15. de Trin. ergo nulla potētia eſt in homine potior ratione: intelligentia autem vel intellectus, ſi eſſent alia ad rōnem, eſſent ſupra rōnem, vt patet per auctoritates ſuperius inductas Boetij, & de Spiritu & Anima. ergo intellectus non eſt in homine alia potētia a ratione.

¶ 4 Præt. Potentia aliqua quāto eſt immaterialior, tanto ad plura poteſt ſe extendere: ſed ſenſus communis qui eſt virtus materialis, conferre de ſenſibus proprijs ea adiuicem diſcernendo: habet eorum cognitionē abſolute, aliter inter ea diſcernere non poſſet, ut probatur in 3. de Anima. ergo multo fortius ratio quæ eſt virtus magis immaterialis, non ſolum poteſt conferre, ſed etiam abſolute accipere, quod pertinet ad intellectum, & ſe intellectus. & rō non videntur eſſe potētia diuerſæ.

¶ 5 Præt. In lib. de Spiritu & Anima dicitur, quod mens diuerſorum capax eſt omnium rerum ſimilitudine inſignita, anima dicitur etiam nata eſſe cum quadam potētia & naturali dignitate: ſed id quod totam animam nominat, non debet diſtingui ab illa qua animæ potētia. ergo mens quæ eſt quædam animæ potētia, diſtingui non debet, & ita nec intellectus: quia videtur eſſe idem quod mens.

¶ 6 Præt. In operatione animæ humanæ, cōplex cōpoſitio inuenitur, una qua cōponit & diuidit præcatum cum ſubiecto formando propoſitiones, alia qua cōponit principia cum conſequentibus cōſerendo: ſed in prima cōpoſitione eadē potētia alia eſt, quæ ipſa ſimplicia apprehendit, id eſt prædicatum, & que ſubiectum per proprias quidditates, & que cōponendo propoſitionem format, vtrumque enim intellectum

Cap. 11. a me
dio illius to
80.3.

Co. 11. to. 2.

Auerrois 3.
de Anima.
com. 15.
Ca. 3. in fine
illius to. 3.

Ex cap. 11.
2. habuiffe
videtur. to.
3.

Profa. 4. a
med. illius.

Profa. 6. pa
rum ante
medium.

Profa. 7. an
te medium
illius.

leui possibili attribuitur, vt dicitur in 3. de Anima. ergo & similiter vna potentia erit, quae ipsa principia accipit, qd est intellectus, & principia in conclusiones ordinat, quod est rationis.

¶ 7 Præf. In lib. de Spiritu & Anima dicitur, est Spiritus intellectualis, vel rationalis, ex quo viderur quod ratio sit idem quod intellectus.

¶ 8 Præf. August. dicit in 12. de Trin. quod vbi primum occurrit aliquid, quod non sit nobis commune cum pecore, hoc ad rationem pertinet: sed hoc idem ad intellectum pertinet secundum Philof. in lib. de Anima. ergo idem est ratio & intellectus.

¶ 9 Præf. Differentia obiectorum quantum ad accidentales conditiones, nõ demonstrat diuersitatem potentiarum: hõ. n. coloratus, & lapis coloratus eadẽ potentia sentiuntur, & sensibile esse hominẽ, vel lapidem: sed obiecta, q in lib. de Spiritu & Anima assignantur intellectui, & rationi, s. spiritus creatus & natura corporea non differunt, sed conueniunt quãtum ad rationem cognoscibilis. sicut enim spiritus incorporeus creaturæ ex hoc ipso intelligibilis est, qd immaterialis est, ita etiam naturæ corporeæ non intelliguntur, nisi in quantum a materia separantur, & sic virtute quantum cognoscitur cõcat in vna ratione cognoscibilis, in ratione scilicet immaterialis. ergo ratio, & intellectus non sunt diuersæ potentia.

¶ 10 Præf. Omnis potentia quæ comparat alia adinueniunt, oportet qd habeat vtriusq; absolute cognitionem. vnde Philof. probat in 2. de Anima, qd oportet in nobis esse vnã potentiam, quæ cognoscat album & dulce, per hoc qd discernimus inter ea: sed sicut qd discernit inter aliqua diuersa, cõparat ea adinuicẽ, ita etiam qui confert vnũ alteri, comparat ergo illius potentia, quæ confert, s. rationis, erit absolute aliquid cognoscere, quod pertinet ad intellectum.

¶ 11 Præf. Nobilius est conferre, quã conferri: sicut agere quã pati: sed per idem est aliquid intelligibile, & conferibile. ergo & per idẽ est anima intelligens & conferens: ergo ratio & intellectus sunt idem.

¶ 12 Præf. Idẽ habitus non est in diuersis potentijs: sed idẽ habitus potest esse quo cõferimus, & aliqd absolute accipimus: sicut fides quæ absolute aliqd accipit in quantum ipsi primæ veritati inhaeret: conferre vero, in quantum ipsam in speculo creaturæ, quodam quasi discursu intuetur, ergo eadem potentia est quæ confert, & aliquid absolute accipit.

RESPON. Dicendum, quod ad euidẽtiam istius questionis, inuestigare oportet intellectus, & rationis differentiam. Sciendum est igitur, quod secundũ August. in 3. de Trin. quod sicut est ordo quidã inter substantias corporeas, ex quo quædam alijs superiores dicuntur, & earum regitua, ita etiam est quidã ordo inter substantias spirituales. Superiorũ autẽ, & inferiorũ corporũ hæc est differentia, quod inferiora corpora suũ perfectũ esse per motũ consequuntur, generationis, s. alterationis & augmenti, vt patet in lapidibus, & plantis, & animalibus. Superiora vero corpora suũ perfectũ esse habent, quantum ad substantiam, virtutem, & quantitatem, & figuram absque omni motu statim in eorum principio, vt patet in sole, & luna & stellis: perfectio autem spiritualis naturæ in cognitione veritatis consistit. vnde sunt quædam substantiæ spirituales superiores, quæ sine aliquo motu, vel discursu statim in prima & subita siue simplici acceptione, cognitionẽ obtinent veritatis: sicut est in angelis, ratione cuius intellectum deiformem habere dicuntur: quædam

A vero sunt inferiores, quæ ad cognitionem veritatis perfectam venire non possunt, nisi per quendam motum, quo ab vno in aliud discurrunt, vt ex cognitibus in cognitorum potentiam perueniant, quod est proprie humanarum animarum. Et inde est, quod ipsi angeli intellectuales substantiæ dñr: aia vero rónales. Intellectus. n. simplicem, & absolutam cognitionẽ designare vñ. Ex hoc. n. aliqs intelligere dñr, quod interius in ipsa rei essentia veritatem quodammodo legit. Rõ uero discursum quendam designat, quo ex vno in aliud cognoscendum aia humana pertingit, vel puenit. Vnde dicit Isaac in lib. de Definitionibus, quod rónatio est cõfusus causæ in causatũ: motus autẽ ois ab immobili pcedit, ut dicit Aug. 8. super Gene. ad literam, motus est finis est quies, ut in 5. Phys. dñr. Et sicut motus comparatur ad quietem & ut ad principium, & ut ad terminum: ita & rõ cõparatur ad intellectum, ut motus ad quietem, & ut generatio ad esse, ut patet ex auctoritate Boetij supra inducta. Comparatur ad intellectum ut ad principium & ut ad terminum: ut ad principium quodẽ, quæ non posset mens humana ex vno in aliud discurre, nisi eius discursus ab aliqua simplici acceptione veritatis inciperet, quæ quædam acceptio est intellectus principiorum. Similiter nec rónis discursus ad aliqd certum perueniret, nisi fieret examinatio eius, quod per discursum inuenitur ad principia prima, in quæ rõ resoluit, vt sic intellectus inueniatur rónis principium, quantum ad viam inueniendi, terminus vero quantum ad viam iudicandi. Vnde quantumuis cognitio humana aia, proprie fit per viam rónis, est tamen in ea aliqua participatio illius simplicis cognitionis, quæ in substantijs superioribus inuenitur, ex quo vim intellectiuam habere dñr, & hoc secundum illum modum, quem Dionys. 7. cap. de Diu. nom. assignat dicens, quod diuina Sapientia semper fines priorum coniungit principijs secundorum, hoc est dictu, quod inferior natura in suo summo attingit ad aliqd infimum superioris naturæ. Et hanc quædam differentiam angelorum & animalũ, Dion. 7. cap. de Diu. nom. ostendit sic dicens.

D Ex ipsa. s. diuina sapientia intellectuales angelicarũ mentium uirtutes simplices & bonos habent intellectus, nõ a diuisibilibus, aut sensibilibus, aut sermonibus diffusis cõgregantes diuinam cognitionem: sed uniformiter intelligibilia diuinorum intelligunt. postea subiungit de aiaibus, propterea diuinam sapientiam & aia rónales habent diffusiuẽ quædam, & circulo circa existentium veritatem circumeuntes diuisibili uarietate deficientes ab unitiuis mētibus: sed per conuolutionem multorum ad vnũ, sunt dignæ habitæ intellectibus æqualibus angelicis, in quantum aiaibus est propriũ & possibile) quod ideo dicit: quia illud, quod est superioris naturæ, nõ potest esse in inferiori natura perfecte, sed per quandam tenuem participationem: sicut in natura sensitua non est rõ: sed aliqua participatio rónis in quantum bruta habent quandam prudentiam naturalem, ut patet in principio Meta. Id autem quod sic participatur, nõ habetur, vt possessio, s. sicut aliqd perfecte subiaccens potentia habentis illud, sicut dñr in 7. Metaph. quod cognitio Dei diuina est, & non humana possessio. Vnde ad id quod hoc modo habetur, non deputatur aliqua potentia, sicut bruta non dicuntur habere rõnem aliquam, quantumuis aliqd prudentia participent: sed hoc inest secundũ quandam æstimationem naturalem. Similiter nec in homine

Capit. 20. & 24. tom. 2.

A medio in lius.

Inter prin. & medium

Li. 1. Metaph. pars 1. prin. cap. 1. a medio tom. 3.

mine

mine est vna potentia specialis, per quam simplici-
ter, & absolute, & absque discursu cognitionem ve-
ritatis obrineat: sed talis veritatis acceptio inest sibi
per quendam habitum naturalem, q̄ d̄ intellectus
principiorum. Non est igitur in homine aliqua po-
tentia a rōne separata, quę intellectus dicatur: sed ip-
sa rō intellectus d̄r, quod participat de intellectu
simplicitate, ex quo est principium & terminus in
eius propria operatione. Vnde et in li. de Spiritu &
Aīa proprius actus intellectus rōni attribuitur. Id
autem, quod est rōnis proprium, ponitur ut rōnis
actus, vbi d̄r, quod rō est animi aspectus quo per se-
ipsum verum intuetur: rōcinatio autem est rōnis
inquisitio. dato autem quod aliqua potentia nobis
proprie & perfecte competeret ad simplicem acce-
ptionem, & absolutam cognitionem veritatis, quę
est in nobis, non tamen esset alia potentia a rōne.
Quod sic patet. Secundum Auic. 6. de Naturalibus,
diuersi actus indicant differentiā potentiarum tunc
tantum, quando non possunt in idem principium
referri, sicut in corporalibus nō reducitur in idem
principium, recipere, & retinere: sed hoc in sicū,
illud autem in humidum. & ideo imaginatio, quę re-
tinet formas corporales in organo corporali, est
alia potentia a sensu, quę recipit prædictas formas
per organum corporale. Actus autem rōnis, q̄ est
discurrere, & intellectus, q̄ est simpliciter apprehen-
dere veritatem, comparantur adinuicem, vt genera-
tio ad esse, & motus ad quietem. In idem autem prin-
cipium reducitur quiescere & moueri in oibus, in
q̄bus vtrique inueniuntur, q̄a per quam naturam ali-
quid quiescit in loco, per eandem mouetur ad locū:
sed se habent quiescens & motum sicut perfectum
& imperfectum. vnde & potentia discurrens & veri-
tatem accipiens, non erunt diuersæ: sed vna, quę in-
quantum est perfecta, veritatē absolute cognoscit:
inquantum uero est imperfecta, discursu indiget. vnde
de rō proprie accepta nullo modo potest esse alia
potentia ab intellectu in nobis: sed interdum ipsa
vis cogitativa quę est potentia aīe sensitivæ, ratio
d̄r: quia confert inter formas individuales, sicut ratio
proprie dicta inter formas uniuersales, ut dicit
Commen. in 3. de Anima. & hæc habet organum
determinatum, scilicet mediam cellulam cerebri.
& hæc ratio absque dubio alia potentia est ab intel-
lectu: sed de hac ad præsens non intendimus.

Cap. 1. circa
finem to. 3.

W. 1084.

Philos. 3. de
Anima com.
58.

Profa 4. a
med. illius.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod liber de Spiri-
tu & Anima non est authenticus, nec creditur esse
Aug. sustinendo tamen cum potest dici, quod au-
thor eius non intendit per illa distinguere potētias
animæ: sed ostendere diuersos gradus quibus ani-
ma in cognoscendo proficit, ut per sensum cogno-
scat formas in materia, per imaginationem formas
accidentales, tamen sine materia, sed cum materiæ
conditionibus, per rationem ipsam formam essen-
tialem rerum materialium sine individuali materia,
ex qua ulterius conuertitur ad habendum, uel in ha-
bendo cognitionem aliqualem de spiritibus crea-
tis, & sic d̄r habere intellectum: quia h̄mōi spiritus
penitus sine materia existētes cognoscit, & ex hoc
ulterius pertingit in aliquam cognitionem ipsius
Dei, & sic dicitur intelligentiam habere, quę pro-
prie actum intellectus nominat, eo quod Deum
cognoscere proprium Dei est, cuius intellectus est
sua intelligentia, id est suum intelligere.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut dicit Boet. in 5. de
Cōsol. superior vis amplectitur inferiorē: inferior ve-

rō ad superiorem nullo modo asurgit. vñ natura su-
perior plene potest in id, quod est inferioris nature:
non aut plene in id, quod est superioris. & ideo natura
aīe rationalis habet potētias ad ea, quę sunt senti-
tiuæ, vel vegetatiuæ nature: non autē ad ea, quę sunt
intellectuales nature, quę supra ipsam castrit.

AD TERTIUM dicendum, quod sensus cōis, cū om-
nia sensibilia percipiat secundum Philos. oportet,
quod in ea feratur secundum vnam cōem rationē,
alias non haberet vnum per se obiectum: sed in hęc
cōmune obiectū rationem, nullus sensuum pro-
priorum pertingere potest: sed in simplicem acce-
ptionē ratio pertingit sicut ad suum terminum, vt
quod discursus rōnis in scientia concluditur, modo nō
oportet quod intellectus in nobis sit alia potentia
a ratione, sicut sensus communis a proprio.

AD QUARTUM dicendum, quod iudicare non est pro-
prium rationis, per quod ab intellectu distinguitur.
Sed quia etiam intellectus iudicat hoc esse verum, illud
falsum. Sed pro tanto iudiciū rationi attribuitur,
& cōprehensio intelligentia: quia iudiciū in no-
bis, vt cōmuniter fit per resolutionem in principio
simplex autem comprehensio per intellectum.

AD QUINTUM dicendum, quod illud quod est om-
nibus modis simplex, totaliter cōpositione caret:
sed simplicia in compositis saluantur, & inde est quod
in simplicibus nō inuenitur id, quod est cōpositum
inquantum est cōpositum: sicut corpus simplex
non habet saporem, qui sequitur simplici, sed cor-
pora mista habent ea, quę sunt simplicium corpo-
rum, licet modo imperfectiori: sicut calidum & tri-
gidum, & lenē & graue inuenitur in corporibus mi-
stis. Et ideo in intellectu diuino, qui est omnino sim-
plex, nulla cōpositio inuenitur. Sed ratio nostra
quāuis sit cōposita, ex hoc tñ, quod in ipsa ali-
quid de natura simplicis inuenitur, sicut exemplat
in sua imagine, & p̄t in aliquem actum simplicem
& in aliquem actum cōpositum, prout componit
prædicatum cū subiecto, vel prout componit prin-
cipia in ordine ad conclusionem. vnde eadē potē-
tia in nobis est, quę cognoscit simplices res quod
ditates, & quę format propositiones, & quę ratio-
cinatur. Quorum vnum proprium est rōnis, in qua
tū est ratio: alia duo possunt esse intellectus, in qua
tū est intellectus. Vnde secundum inuenitur in An-
gelis, cum per plures species cognoscit: sed in Deo
est solum primum, qui cognoscendo essentiam
suam omnia intelligit & simplicia & complexa.

AD SEXTUM dicendum, quod aīa quodammodo cogno-
scit se per se ipsam, secundū quod nolle est motus in
apud se tenere, & quodammodo se cognoscit p̄
speciem intelligibilem, prout cognoscere cōmune
& discretionem sui importat, & sic de eodem Phi-
los. & August. loquuntur. vnde non sequitur ratio.

AD SEPTIMUM dicendum, quod talis differentiā obiecti
rū nō p̄t potētias diuersificare. eo quod est p̄ accidē-
tales differentiās, vt in obijciendo probatū est. Ideo
autē rationis obiectum ponitur natura corpora-
ga proprium humanæ cognitionis est, vt a sensu &
pharāmate ortū habeat. vnde circa naturas rerum
sensibiliū primo figit intuitus nostri intellectus
rō proprie d̄r, inquantū rō est humano generi pro-
pria. Ex hoc autē ulterius asurgit ad cognoscendū
spiritū creatum, quod magis cōpetit ei sicut d̄r quod
participat aliquid de natura superiori, quā secundū
id quod est proprium sibi, & perfecte conueniens
AD OCTAVUM dicendum, quod Boetius vult in intellectu
& ra-

& rationē esse diuerſas cognitiuas vires: non tñ ciuſdem, ſed diuerſorum. rōnem. n. vult eſſe hominum. & ideo dicit quod cognofcit formas vniuerſales in particularibus q̄a humana cognitio proprie conſiſtit circa formas a ſenſibus abſtractas. Intelligētiam aut̄ vult eſſe ſubſtantiarum ſuperiorū, quā primo intuitu formas penitus immateriales comprehendit. & ideo vult qđ ratio numquā pertingat ad id, quod eſt intelligentiā: q̄a ad videndum quidditates immaterialium ſubſtantiarū ſecundum infirmitatē huius cognitionis pertinere non poſſumus. Hoc autem erit in patria, cum per gloriam erimus deiformes.

Ad nonv. dicendum, qđ prout ratio intellectus ſunt in diuerſis, nō ſunt vna potentia: ſed nunc quæritur de eis prout vtraque in homine inuenitur.

Ad x. dicēdū, qđ ratio illa procedit de actibus, q̄ ſunt diuerſarum potentiarum. Cōtingit autē vnus potentia eſſe diuerſos actus, quorum vnus eſt alio prior: ſicut intellectus poſſibilis actus eſt intelligere, qđ quid eſt, & formare diuerſas propoſitiones.

Ad xi. dicendum, quod vtrumque cognofcit animas: ſed per eandem potentiam. Hoc tamen propriū humanæ animæ videtur, in quantum eſt rationalis, quod cognofcat entitatē in hoc. Entitatē vero abſolute cognofcere magis videtur eſſe ſuperiorum, vt ex auctoritate ſupra inducta patet.

Ad xii. dicendum, quod diligere Deum, & eligere virtutes attribuitur rationi, non quod ſint immediate ipſius: ſed in quantum ex iudicio rationis voluntas fertur in Deum, ſicut in finem, & ad virtutes, ſicut ad ea quæ ſunt ad finem. & per hunc modum rationale diſtinguitur contra irracibile & concupiſcibile: quia ad agendum inclinatur, vel iudicio rationis, vel paſſione, quæ eſt in irracibili & concupiſcibili. Et etiam voluntas eſt in ratione, in quantum eſt in parte animæ rationali: ſicut dicitur memoria eſſe in ſenſitiuo, in quantum eſt in parte ſenſitua, non quod eadem ſit potentia, & per hoc patet ſolutio ad tertiumdecimum & quartumdecimum.

ARTICVLVS II.

Vtrum ratio ſuperior, & inferior diuerſæ potentia ſint:

Secundo quæritur, vtrum ratio ſuperior & inferior ſint diuerſæ potentia. & vñ quod ſic vt Aug. dicit in 13. de Trini. imago Trinitatis eſt in ſuperiori parte rationis, non autē in inferiori: ſed imago Dei in anima conſiſtit in tribus potentijs, ergo inferior ratio non pertinet ad eandem potentiam cum ſuperiori, & ſic videtur eſſe diuerſæ potentia.

¶ 2 Item, Cum pars ad totum dicatur, in eodem genere inuenitur in quo & totum: ſed anima non dicitur eſſe totum niſi potentiale, ergo & diuerſæ partes animæ ſunt diuerſæ potentia: ſed ratio ſuperior, & inferior nominantur ab Aug. diuerſæ portiones rationis, ergo ſunt diuerſæ potentia.

¶ 3 Præ. Omne æternum eſt neceſſarium, & omne temporale & mutabile eſt contingens, vt patet per Philo. ii. Meta. ſed pars animæ quæ dicitur ſcientificā a Phi. in 6. Ethic. circa neceſſaria verſatur, ratio cinatiuum autem, ſiue opinatiuum circa contingentiā, cum ergo ratio ſuperior inhaereat æternis, inferior vero temporalia & caduca diſponat, videtur quod idem ſit ratiocinatiuum quod inferior pars, & ſcientificum idem quod ſuperior: ſed ſcientificum & ratiocinatiuum ſunt diuerſæ potentia, vt patet per Philo. ſibidem, ergo & ratio ſuperior & inferior ſunt diuerſæ potentia.

¶ 4 Præ. Sicut Philo. ſibidem dicit, ad ea, quæ ſunt

A genere altera oportet determinari alteras potētias animæ, cum omnis potētia animæ quæ ad aliquod genus determinatur, determinetur ad illud propter aliquam ſimilitudinē, & ſic ipſa diuerſitas obiectorum ſecundum genus atteſtatur diuerſitati potentiarum: ſed æternum & corruptibile ſunt omnino genere altera, cum corruptibile & incorruptibile nec in genere conueniant, vt dicitur in 10. Metaph. C6. 26. 10. 1.

¶ 5 Præ. Potentia diſtinguuntur per actus, & actus per obiecta: ſed aliud obiectum eſt verum contemplabile, & aliud operabile bonum, ergo & alia potentia eſt ratio ſuperior, quæ verum contempletur, & alia inferior quæ bonum operatur.

¶ 6 Præ. Illud quod in ſe non eſt vnum, multo minus alij comparatum eſt vnum: ſed ſuperior ratio non eſt vna potentia: ſed plures, cum in ea ſit imago in tribus potentijs conſiſtēs, ergo, nec poteſt dici quod inferior, & ſuperior ratio ſint vna potentia.

¶ 7 Præ. Ratio eſt ſimplicior quam ſenſus: in parte autem ſenſitua non inuenitur, quod eadem potentia habeat diuerſa officia, ergo multo minus in parte intellectiua vna potentia diuerſa officia habere poterit: ſed ratio ſuperior & inferior per officia geminantur, vt dicit Aug. 12. de Trin. ergo ſunt diuerſæ potentia.

¶ 8 Præ. Quando cumque animæ attribuuntur aliqua, quæ non eſt reducere in idem principiū, oportet ſecundum hoc diuerſas potentias in anima assignare, ſicut ſecundum recipere & retinere diſtinguitur imaginatio a ſenſu: ſed æternum & corruptibile in eadem principia reduci nō poſſunt, non enim ſunt eadem principia corruptibilium & incorruptibilium proxima, vt probatur in 11. Metaph. ergo eidem potentia animæ attribui non debent, & ſic ratio ſuperior, & inferior ſunt diuerſæ potentia.

¶ 9 Præ. Aug. dicit in 12. de Trin. per tria quæ ad hominis peccatum cōcurrerunt. ſ. virum, mulierem, & ſerpentem, tria ſignificare dicit, quæ ſunt in nobis, ſcilicet rationem ſuperiorem, & inferiorem, & ſenſualitatem: ſed ſenſualitas eſt alia potentia ab inferiori ratione, ergo & ratio ſuperior ab inferiori.

¶ 10 Præ. Vna potentia non poteſt ſimul peccare, & non peccare: ſed quandoque peccat ratio inferior ſuperiori non peccante, vt patet per Aug. de Trin. ergo non ſunt vna potentia.

¶ 11 Præ. Diuerſæ perfectiones ſunt diuerſorum perfectibilium, cum proprius actus requirit propriam potentiam: ſed habitus animæ ſunt perfectiones potentiarum, ergo diuerſi habitus ſunt diuerſarum potentiarum: ſed ratio ſuperior deputatur ſapientia ſecundum Aug. inferior autem ſcientia, quæ ſunt diuerſi habitus, ergo ratio ſuperior & inferior ſunt diuerſæ potentia.

¶ 12 Præ. Qualibet potentia perficitur per ſuum actum, ſed diuerſitas aliquorū actuum inducit, vel manifeſtat potentiarum diuerſitatem, ergo & vbi cumque inuenitur diuerſitas actuum debet iudicari diuerſitas potentiarum: ſed ratio ſuperior & inferior habent diuerſos actus, quia per officia geminantur, vt Aug. dicit, ergo ſunt diuerſæ potentia.

¶ 13 Præ. Rō ſuperior, & inferior magis differunt, quā intellectus agēs & poſſibilis, cū circa idē intelligibile attendatur actus in intellectus agētis & poſſibilis, non autē actus ſuperioris, & inferioris rationis, ſed

C6. 26. 10. 1.

Capit. 4. in princ. co. 1.

Ca. 12. 10. 3.

12. de Trin. c. 13. tom. 1.

Libr. 12. de Trin. cap. 14. tom. 3.

12. de Trin. capit. 4. in princ. 10. 3.

In arg. 7. & 12.

sed circa diuersa, vt dictum est. Sed intellectus agēs, & possibilis sunt diuersæ potentia. ergo & ratio superior & inferior.

¶ 14. Præ. Omne quod deducit ab aliquo, est aliud ab illo: quia nulla res est sui ipsius causa: sed inferior ratio deducitur a superiori, vt dicit Aug. 12. de Tri. ergo est alia potentia a superiori.

¶ 15. Præ. Nihil mouetur a seipso, sicut probatur in 7. Physic. sed ratio superior mouet inferiorem, in quantum dirigit & gubernat eam. ergo superior ratio & inferior sunt diuersæ potentia.

Capit. 4. in prin. tom. 3.

SED CONTRA, diuersæ potentia animæ sunt diuersæ res: sed ratio superior & inferior non sunt res diuersæ. Vnde dicit Aug. 12. de Trin. cum differimus de natura mentis humana, de una quadam re differimus, nec eam in hæc duo, quæ commemorauimus nisi per officia geminamus. ergo superior & inferior ratio non sunt diuersæ potentia.

¶ 12. Præ. Quanto aliqua potentia est immaterialior, rãto ad plura se extendere potest: sed ratio est immaterialior quã sensus, eadem aut potentia sensitua scilicet uisui, & eterna siue incorruptibilia uel ppetua, scilicet celestia corpora, & corruptibilia, sicut hæc inferiora cernimus. ergo & eadem potentia ronis est, quæ eterna contemplatur, & rorporalia disponit.

RESPON. Dicendum, quod ad euidenciam huius questionis oportet duo præcognoscere, scilicet qualiter potentia distinguuntur, & quomodo ratio superior & inferior differant. Ex quibus duobus tertium poterit esse manifestum, quod ad præsens intendimus, scilicet utrum ratio superior & inferior sint una potentia, vel duæ. Sciendum igitur, quod potentiarum diuersitas penes actus, & obiecta distinguitur. Quidam autem dicunt hoc non esse ita intelligendum, quod actuum, & obiectorum diuersitas sit causa diuersitatis potentiarum, sed signum solummodo. Quidam vero dicunt, quod diuersitas obiectorum est causa diuersitatis potentiarum in passivis potentijs: non autem in actiuis. Sed si diligenter consideretur in utrisque potentijs inueniuntur actus & obiecta, nõ solum esse signa diuersitatis: sed causæ aliquo modo. Omne enim cuius esse non est, nisi propter finem aliquem, habet modum sibi determinatum ex fine, ad quem ordinatur: sicut terra est ordinata ad actum, ut sit conueniens ad finem suum, qui est se care. Omnis autem potentia actiua, siue actiua, siue passiuæ ordinatur ad actum, sicut ad finem, ut patet in 9. Met. unde vnaquæque potentia habet determinatum modum & spem, secundum quod potest esse conueniens ad tale actum. Et secundum hoc diuersificatæ sunt potentia, quod diuersitas actuum diuersa principia requirebat, a quibus elicerentur. Cum autem obiectum comparatur ad actum sicut terminus, terminis autem specificentur actus, ut patet in 5. Physic. oportet quod actus penes obiecta distinguantur. Et ideo obiectorum diuersitas, potentiarum diuersitatem inducit. Sed obiectorum diuersitas dupliciter attendi potest. Vno modo secundum naturam rerum: alio modo secundum rationem. diuersitas obiectorum secundum naturam rerum ut color, & sapor: secundum diuersam rationem obiecti, ut bonum & verum. Cum autem potentia, quæ sunt actus determinati organorum, non possunt se extendere ultra suorum organorum dispositionem (non enim potest esse organum corporale unum, & idem omnibus naturis cognoscendis accommodatum) oportet de necessitate quod potentia, quæ sunt organis affixæ, circa quasdam naturas determinate sint. scilicet circa naturas corporeas. Operatio enim

Lib. 1. Meta. cou. 11. & 15. tom. 3.

quæ per organum corporeum exercetur, non potest se extendere ultra naturam corpoream: sed, cum in natura corporea inueniatur aliquid, in quo diuersa corpora conueniunt, aliquid vero, in quo diuersa corpora diuersificantur, possibile est aptare unam potentiam corpori alligatam omnibus corporibus secundum id, quod eorum habent, sicut imaginaria potest omnibus corpora conuenire in ratione quantitatis, & figuræ: & consequentium (unde non solum ad naturalia: sed ad mathematica se extendit) sensus vero eorum prout in omnibus corporibus naturalibus, ad quæ solum se extendit, inuenitur vis actiua & immutabilia. Quædam vero potentia aptantur his, in quibus corpora diuersificantur secundum diuersum modum immutandi, & sic est visus circa colorem, auditus circa sonum, & sic de alijs. Ex hoc igitur, quod pars sensitua anima utitur organo in operando, duo ipsam consequuntur, scilicet quod non potest ei attribui aliqua potentia respiciens eorum obiectum omnibus entibus, sic. nam transcederet corporalia, & iterum quod possibile est in ea inueniri diuersas potentias. secundum diuersam naturam obiectorum propter conditionem organorum, quæ aptari potest huic, vel illi nature. Illa vero pars animæ, quæ non utitur organo corporeo in opere suo, non remanet determinata, sed quodammodo infinita, in quantum est immaterialis, & sic eius virtus se extendit ad obiectum commune omnibus entibus. Vnde eorum obiectum intellectus dicitur esse quod quid est, quod in omnibus generibus entium inuenitur. Vnde Philo. dicit, quod intellectus est, quod est omnia facere, & quod est omnia. Vnde impossibile est, quod in parte intellectiua distinguatur diuersæ potentia ad diuersas naturas obiectorum: sed solummodo secundum rationem diuersam obiecti, prout. secundum diuersam rationem in unam & eandem rem quæque actus anime fertur, & sic bonum & verum in parte animæ diuersificatur intellectum & voluntatem. In verum. intelligibile fertur intellectus, ut in formam, cum oportet eorum intelligitur, intellectum esse informatum, in bonum autem fertur, ut in finem. Vnde a Philo. in 6. Met. dicitur verum esse in mente, bonum & malum in rebus, cum forma sit intus, & finis extra. Non autem eadem ratio finis & forma perficit, & sic bonum & verum non habent eandem rationem obiecti. Sic etiam circa intellectum, agens & possibile intellectus distinguuntur. Non enim eadem ratione est obiectum aliquid in quantum est in actu, & in quantum est in potentia, ut in quantum agit, & patitur. Intelligibile enim actu, est obiectum intellectus possibile, agens quasi in ipsum, prout exit de potentia in actum: intelligibile vero in potentia est obiectum intellectus agens, prout in parte intellectus agentem intelligibile actu. sicut in parte K. sunt. Ratio vero superior, & inferior hoc modo distinguuntur. Sunt enim quedam natura animæ rationalia superiores, quedam vero inferiores. Cum vero omne quod intelligitur, intelligatur per modum intelligentis, verum, quæ sunt supra animam, intellectus est in anima rationali inferior ipsi rebus intellectis. Earum vero que sunt infra animam, inest animæ intellectus superior ipsi rebus, cum in ea res ipsæ nobiliter esse habeat, quæ in seipso, & sic ad utraque, res diuersam habitudinem habet, & ex hoc diuersa sortitur officia. Secundum enim quod ad superiores naturas respicit, siue ut eorum veritate & naturam absolute contemplantur, siue ut ab eis ratione, & quasi exemplar operantur accepta superior.

superior rō nominatur, secundū vero quod ad infe-
riora cōuertitur, vel cōspicienda per cōtemplati-
onem, vel per actionē disponenda, inferior rō nomi-
natur. Vtraq; autem. s. superior & inferior, secundū
eōdem rationem intelligibilis ab anima humana ap-
prehenditur, superior quidē prout est immaterialis
in seipsa, inferior autē prout a materia p̄ actū intel-
lectus agētis denudatur. vnde patet, q̄ rō superior,
& inferior nō no mināt diuersam potētā, sed vnā,
& eandem ad diuersa diuersimodē comparatam.

AD PRIMVM ergo dicēdū, quod sicut dictū est in
q̄nc de Mente, imago Trinitatis in anima attendi-
tur quidem in potentijs, vt in radice, sed cōpletive
in actibus potentiarū. Et s̄m hoc dicitur imago ad
superiorem, & non inferiorē rationem pertinere.

AD SECVNDVM dicēdū, qđ pars animæ nō sem-
per potent̄ a distinctam designat: sed aliqui pars po-
tentia accipitur secundū partē obiectōrum, secundū
quā virtualis quantitatis diuisio attenditur, vt si
aliquis pōt portare centum libras, dicitur potētia
illius partem h̄re, qui non potest portare nisi quin-
quaginta, cum tñ sit eadem potentia specie. Et se-
cūdū hunc modum superior, & inferior rationis
partio dicuntur, secundum quod feruntur in par-
tem obiectōrum, quæ communiter ratio respicit.

AD TERTIVM dicēdū, qđ scientificū, & rōcina-
tium, & opinatum non sunt idē quod potentia
superior & inferior: quia & circa naturas inferiores
quas respicit rō inferior, possunt accipi necessaria
considerationes, quæ ad scientificū pertinent, alias
Physica & Metaphysica non essent scientia: simili-
ter & superior ad actus humanos ex libero arbitrio
depēdentes, & per hoc contingentes quodāmodo
conuertitur: alias superiori rationi non attribueretur
peccatum, quod circa hoc cōtingit. Et sic ratio
superior non ex toto separatur ratiocinatio, vel
opinatio. Scientificum autem, & ratiocinatum
diuersa quidem potētia sunt: quia quantum ad ip-
sam rōnem intelligibilis distinguantur. Cum enim
actus alicuius potentia se non extendat vltra virtu-
tem sui obiecti, omnis operatio quæ non pōt redu-
ci in eadē rationē obiecti, oportet quod sit alterius
potentia, quæ habeat aliā obiecti rationem.

AD QVINTVM dicēdū, qđ in parte sensitua est ali-
qua potētia vna diuersa habēs officia, sicut imagina-
tio cuius officiū est conseruare ea q̄ accepta sunt a
sensibus, & iterū intellectui repræsentare: tñ cū vir-
tus quanto est immaterialior, rāto ad plura se exten-
dere possit, vnā potētia nihil prohibet habere plu-
ra officia in parte intellectuā, non aut in sensitua.

AD OCTAVVM dicēdū, quod quamuis aternū, &
tēporale non reducant ad eadē principia proxima:
tñ cognitio aterni, & tēporalis ad idē principiū re-
ducitur, cum secundum vnā rōnem intelligibilis
vtrumque quam ab intelligente comprehendatur.

AD NONVM dicēdū, qđ sicut ad naturā humanam
prinebat vir & mulier, inter quos erat carnale cōiu-
giū, nō aut serpens: ita ad naturam superioris rōnis
pertinet inferior tanquam mulier, non autem sen-
sualitas tamquam serpens, vt dicit Aug. 12. de Trin.
AD X. dicendum, quod cum peccare sit actus q̄-
dam, proprie loquendo nō est rationis neque supe-
rioris neque inferioris, sed hominis secundū hanc
vel illā: nec est in cōueniens si vna potentia ad diuer-
sa comparatur, quod secundum vnā habitudinē
sit peccatum, secundum aliam non. sicut cū plures
habitus sunt in una potentia, contingit peccare se-
cundum actum vnius habitus, & non secundū actū
alterius, vt si idem sit Grammaticus & Geometra,
& vera de lineis enuntiet solēctismum faciēdo.

AD XI. dicēdū, qđ q̄ p̄fectio cōplet p̄fectibile
s̄m totā eius capacitatem, impossibile est vnus p̄fe-
ctibilis esse plures p̄fectiones in eodē ordine. Et
ideo non pōt esse, quod materia p̄ficiatur simul
duabus formis substantialibus: quia vna materia nō
videtur esse capax nisi vnus formæ, secus autē est de
accidentalibus formis, quæ nō p̄ficiunt sua subie-
cta s̄m totam suam potētā. Vnde possibile est plu-
ra accidētia esse vnus p̄fectibilis, & ideo plures
habitus esse vnus potentia est possibile, cū habitus
sint accidentales p̄fectiones potentiarū, super-
ueniunt enim post completam potētia rationem.

AD XII. dicēdū, qđ sicut Auicenna dicit in 6. de
Naturalibus, diuersitas actus quādoque indicat di-
uersitatem

Atia sicut scientificum & opinatum.

AD QVARTVM dicendum, qđ obiecta scientifici &
ratiocinatio sunt altera genere, quantum ad propriū
genus cognoscibilis, cum s̄m rationem diuersam
genere cognoscatur: sed aternæ res & temporales,
sunt diuersæ genere naturæ, nō autem quantum ad
rationem cognoscibilis, secundum quam oportet
similitudinem attendi inter potētiam & obiectum.

AD QVINTVM dicendum, quod verum cōtempla-
bile, & bonum operabile ad diuersas potētias perti-
nent, scilicet ad intellectum & voluntatem: sed pe-
nes hoc non distinguuntur ratio superior & infe-
rior, cum vtraque possit esse & speculatiua & acti-
ua, quamuis ratione diuersorum, vt ex dictis patet.

AD SEXTVM dicēdū, qđ id quod in se multa conti-
net, nihil prohibet esse vnū cum alio multa conti-
nente, si eadē multa continent ab vtroq; sicut hic
aceruus, & hæc cōgregatio lapidū sunt vnū & idē.
Et p̄ hūc modū ratio superior, & inferior sunt vna
potentia: quamuis vtraq; quodāmodo plures po-
tentias contineat. Eadē aut vtraq; continet. Nō
aut dicuntur in ratione superiori esse plures poten-
tia, quasi in plures potētias ipsa rōnis potentia diui-
datur: sed secundum quod voluntas ab intellectu
comprehenditur, non quod sint vna potentia: sed
quia ex apprehensione intellectus volūtas mouetur.

AD SEPTIMVM dicēdū, qđ in parte sensitua est ali-
qua potētia vna diuersa habēs officia, sicut imagina-
tio cuius officiū est conseruare ea q̄ accepta sunt a
sensibus, & iterū intellectui repræsentare: tñ cū vir-
tus quanto est immaterialior, rāto ad plura se exten-
dere possit, vnā potētia nihil prohibet habere plu-
ra officia in parte intellectuā, non aut in sensitua.

AD OCTAVVM dicēdū, quod quamuis aternū, &
tēporale non reducant ad eadē principia proxima:
tñ cognitio aterni, & tēporalis ad idē principiū re-
ducitur, cum secundum vnā rōnem intelligibilis
vtrumque quam ab intelligente comprehendatur.

AD NONVM dicēdū, qđ sicut ad naturā humanam
prinebat vir & mulier, inter quos erat carnale cōiu-
giū, nō aut serpens: ita ad naturam superioris rōnis
pertinet inferior tanquam mulier, non autem sen-
sualitas tamquam serpens, vt dicit Aug. 12. de Trin.

AD X. dicendum, quod cum peccare sit actus q̄-
dam, proprie loquendo nō est rationis neque supe-
rioris neque inferioris, sed hominis secundū hanc
vel illā: nec est in cōueniens si vna potentia ad diuer-
sa comparatur, quod secundum vnā habitudinē
sit peccatum, secundum aliam non. sicut cū plures
habitus sunt in una potentia, contingit peccare se-
cundum actum vnius habitus, & non secundū actū
alterius, vt si idem sit Grammaticus & Geometra,
& vera de lineis enuntiet solēctismum faciēdo.

AD XI. dicēdū, qđ q̄ p̄fectio cōplet p̄fectibile
s̄m totā eius capacitatem, impossibile est vnus p̄fe-
ctibilis esse plures p̄fectiones in eodē ordine. Et
ideo non pōt esse, quod materia p̄ficiatur simul
duabus formis substantialibus: quia vna materia nō
videtur esse capax nisi vnus formæ, secus autē est de
accidentalibus formis, quæ nō p̄ficiunt sua subie-
cta s̄m totam suam potētā. Vnde possibile est plu-
ra accidētia esse vnus p̄fectibilis, & ideo plures
habitus esse vnus potentia est possibile, cū habitus
sint accidentales p̄fectiones potentiarū, super-
ueniunt enim post completam potētia rationem.

AD XII. dicēdū, qđ sicut Auicenna dicit in 6. de
Naturalibus, diuersitas actus quādoque indicat di-
uersitatem

In corp. arc.

Ca. 21. 29. 2.

De 295.

uerſitatē potentiarum, qñq; non. Quinq; n. modis F in actibus animæ diuerſitas inueniri pōt. Vno modo ſecundum fortitudinem & debilitatē, ſicut opīnari, & credere. Alio modo ſecundū velocitatē & tarditatem, ſicut currere & moueri. Tertio modo ſecundum habitum & priuationem, vt quieſcere, & moueri. Quarto modo ſecundū cōparationem ad contraria eiſdē generis, vt ſentire album, & nigrū. Quinto modo eſt qñ actus eſt diuerſorū generum, vt apprehendere, vel moueri, vel ſentire ſonū & colorem. diuerſitas igitur primi, & ſecūdi modi diuerſitatē potētiae nō indicat, quia ſic oporteret tot eſſe potētias animæ diſtinctas, quot gradus fortitudinis, vel debilitatis, vel velocitatis, vel tarditatis inueniuntur in actibus ſimiliter etiam nec diuerſitas tertij, & quarti modi, cum eiſdem potētiae ſit operari ad utrūq; oppoſitū. Sola autem diuerſitas quinti modi indicat diuerſitatē potētiae, vt dicamus actus genere diuerſos, qui in rōne obiecti nō cōueniunt. Et ſecundum hoc diuerſitas actuum rationis ſuperioris, & inferioris diuerſitatem potētiae nō indicat.

Ad xiiii. dicendū, qđ intellectus agēs & poſſibilis pſus differunt, quam ratio ſuperior & inferior, cum intellectus agēs & poſſibilis diuerſa obiecta formaliter reſpiciant, & ſi non materialiter. Reſpiciunt enim diuerſam rationem obiecti, quamvis vtrumque in eadem re intelligibili poſſit inueniri, vnum enim & idem pot eſt eſſe prius intelligibile in potentia, & poſt intelligibile in actu: ſed ratio ſuperior, & inferior reſpiciunt diuerſa obiecta materialiter non formaliter, cum reſpiciant naturas diuerſas, ſecundum vnam rationem obiecti, vt ex dictis patet. diuerſitas autem formalis maior eſt, quā materialis, & ideo ratio non ſequitur.

Ad xv. dicendū qđ pro tanto dī ratio ſuperior inferiori deducitur, ratione eorūm quā attendit inferior ratio, quā deducitur ab his, quā ſuperior attendit: rationes enim inferiores a ſuperioribus deducuntur. vnde nihil prohibet rationem ſuperiorem, & inferiorem eſſe vnam potētiam, ſicut videmus quod eiſdem eſt conſiderare principia ſubalternantis, ſcientiæ, & principia ſubalternatæ: quamvis hæc ab illis deducantur.

Ad xv. dicendū qđ pro tanto dī ratio ſuperior inferiori mouere: quia rationes inferiores regulandæ ſunt ſecundum ſuperiores, ſicut etiam ſubalternata ſcientia a ſubalternante regulatur.

ARTICVLVS III.

Verum in ratione ſuperiori, vel inferiori poſſit eſſe peccatum.

TERTIO quaeritur, vtrum in ratione ſuperiori, vel inferiori poſſit eſſe peccatum. Et videtur quod non: quia dicit Philoſ. quod intellectus ſemper eſt reſtus: ratio autem eadem eſt potētia cum intellectu, vt ſupra habitum eſt. ergo &c.

¶ 2. Item, quicquid eſt ſuſceptiuū alicuius perfectio- nis, ſi ſit ſuſceptiuū defectus, nō pot eſſe in eo defectus, niſi oppoſitus illi perfectioni: quia contrariorū idem eſt ſuſceptiuum: ſed ſecundum Auguſt. 12. de Trin. propria perfectio rationis ſuperioris eſt ſapientia, & inferioris ſcientia. ergo in eis non poterit eſſe aliud peccatum, niſi ſtultitia, vel ignorantia.

¶ 3. Item, ſecundū Aug. omne peccatū eſt in voluntate: ſed ratio eſt alia potētia a voluntate. ergo &c.

¶ 4. Itē, Nihil eſt ſuſceptiuum ſui cōtrarij: quia cōtraria ſimul eſſe nō pñt: ſed omne peccatū hominis eſt cōtrariū rationi, malum enim hominis eſt cōtrariū ratiōnē, vt dicit Diony. 4. ca. de Diu. nomi. ergo &c.

¶ 5. Præ. Peccatū qđ circa aliquā materiā cōmitti nō pōt attribui alicui potētiae: qđ ad illam materiā nō extendit: ſed rō ſuperior hēt p. materiā res æternas, nō autē delectabilia carnis. ergo peccatū qđ circa delectabilia carnis cōmittit, nullo modo rationi ſuperiori attribui debet, cū tñ dicat Aug. qđ conſenſus in actu rationis ſuperiori attribuitur.

¶ 6. Præ. Fortius nō vincit ab inferiori: ſed rō eſt ſi- miſſimū eorū qđ in nobis inueniunt. ergo nō poterit ei per concupiſcentiā, vel aliquid hmoi. ergo &c.

SED CONTRA. Eiuſdem eſt mereri & demereri: ſed meritum in actu rationis conſiſtit. ergo &c.

¶ 2. Præ. ſecundum Philoſo. contingit peccare in actu rationis conſiſtit cum ſequatur conſentium, vt dicitur in Ethic. ergo &c.

¶ 3. Præ. Per rōnem dirigitur in ſpeculabilibus & operabilibus: ſed in ſpeculariſ ſcōtingit eſſe peccatū circa rōnē, vt cum aliquis paralogizat. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod ſecundū Auguſt. de Trin. quandoq; peccatum eſt in ſuperiori ratione, quandoq; in inferiori. Ad cuius intellectū oportet duo cōgnoscere, ſc. actus poſſit attribui rōni, & quis ſuperiori, & quis inferiori. Sciendū eſt igitur, quod ſicut duplex eſt apprehenſiua, ſ. inferior, & ſenſitiua, & ſuperior, qđ eſt intellectiua vel ratiōnalis, & duplex eſt appetitiua, ſ. inferior quæ vocatur ſenſualitas, quæ diuiditur per irraſionabilem & concupiſcibilem & ſuperior, quæ nominatur voluntas: hmoi autē duplex eſt appetitiua ad ſuas apprehenſiuaſ quantum ad aliquid ſimiliter ſe habent, & quantum ad aliquid diſſimiliter. Similiter quidem quantum ad hoc, quod in neutro appetitu poſt eſſe aliquis motus nō procedente aliqua apprehenſione. Appetitio nō mouet appetitū, vel inferiorē, vel ſuperiorem, cū apprehenſum, vel ab intellectu, vel a phantaſia, vel a ſenſu, rōne cuius non ſoſi appetitus dī eſt motus, ſed etiā intellectus & phantaſia & ſenſus. Diſſimiliter autē quantum ad hoc, qđ in appetitu inferiori eſt quæſi naturalis inclinatio, quæ quodammodo naturaliter cogit appetitū, vt in appetibile reſtat. Sed ſuperior appetitus non determinatur ad alterū, quia ſuperior appetitus liber eſt, non autē inferior. Et inde eſt quod motus inferioris appetitus quia cōuenitur attribui potētiae apprehenſiue: quia cōuenit illis motus non eſt ex apprehenſione, ſed ex inclinatione appetitus: ſed motus appetitus ſuperioris attribuitur ſuæ apprehenſiue, ſ. rationi, quia ſuperioris appetitus inclinatio in hoc, vel in illud ex intellectu rōnis cauſatur. Et inde eſt, qđ vires motus diſtinguimus p rōnē, irraſionabilem, concupiſcibilem, & ſuperiori nominatē qđ apprehenſionis eſt. in inferiori vero qđ appetitus. ſic igitur patet, qđ aliquis actus attribuitur rōni dupliciter. Vno modo quod eſt immediate eius, vt pote ab ipſa rōne elicitus: ſicut cōſerre de agendis, vel ſcībilibus. Alio modo quod eſt eius eſt mediante voluntate, qđ per eius ſed cū mouetur. Sicut autē motus appetitus, qui ſequitur motū cū rōnis, rōni attribuitur: ita motus appetitus eorū ſequētis deliberatione ſuperioris rōnis attribuitur ſuperiori rōni, vt pote cū aliquid deliberat de agendis, ex hoc quod aliquid Deo eſt acceptū, vel diuina lege præceptum, vel aliquo hmoi modo. Inferioris vero rōnis eſt qđ motus appetitus cōſequatur motū rōnis inferioris iudiciū, vt eſt deliberatō de agendis per cauſas inferiores, vt pote conſideratō rōnis inferioris actus, dignitatē rōnis, hominū offenſam.

In corp. art.

1. 2. q. 74. artic. 5. Lib. 3. co. 52. tom. 2. Art. 1. huius quaſi.

Cap. 4. to. 2.

1. retracta. 15. tom. 1. de diuibus naturis. to. 6.

p. 4. de Diu. nomi. nomi. med.

ARTICVLVS IIII.

Utrum delectatio morosa per consensum in delectationem in inferiori parte rationis existens, sine consensu in opus, sit mortale peccatum.

QVARTO queritur, utrum delectatio morosa per consensum in delectationem, in inferiori parte rationis existens, sine consensu in opus, sit mortale peccatum. Et videtur quod non. ut enim dicit Aug. in Enchi. tuncio pectoris, & oratio dominica valent, vel sunt remedia contra venialia deputata: sed consensus in delectationem sine consensu in opus, inter illa peccata computatur, quibus remedium adhibetur per pectoris contusionem, & orationem dominicam. dicit enim Aug. 12. de Trin. nec sane cum sola cogitatione mens oblectetur illicitis, non quidem discernens esse faciendam, tunc tñ, & volēs libenter, q̄ statim vt attingunt animam respui debuerunt, tenendum est esse peccatum: sed longe minus, quam si opere statuatur implendum. & ideo de talibus quoq; cogitationibus est uenia petenda, pectusque tundendū, & dicendū, dimitte nobis debita nostra, &c. ergo consensus in delectationem p̄dictus non est peccatum mortale.

¶ Item consensus in ueniale p̄ctm venialis est, sicut consensus in mortale mortalis est: sed delectatio peccati veniale est ergo & consensus in eā venialis est. ¶ Item in actu fornicationis duo inuenimus propter quā malus iudicari potest, scilicet vehementiam delectationis quā absorbet rationem: & nocumentum ex actu proueniens. Incertitudo proliis, & alia huiusmodi quā consequerentur, nisi concubitus lege matrimonij ordinaretur. non autē potest dici, quod fornicatio sit peccatum mortale ratione delectationis: quia illa delectationis vehementia inuenitur in actu matrimonij, qui non est peccatum ergo non est peccatum mortale, nisi propter nocumentum, quod ex actu prouenit. ergo ille qui consentit in delectationem fornicationis non in actum, non appropinquat fornicationi ex parte illa, quā est nocumentum mortale. ergo, &c.

¶ Item non minus peccatum est homicidium, quam fornicatio: sed qui cogitat de homicidio, & delectatur, & consentit in delectationem, non peccat mortaliter, alias omnes qui delectantur in historijs bellorum audiendis, & in hanc delectationem consentirent peccarent mortaliter, quod non videtur probabile. ergo nec consensus in delectationem fornicationis est peccatum mortale.

¶ Item cum veniale & mortale, quasi in infinitum distent, quod ex distantia penę perpenditur, ueniale non potest fieri mortale: sed delectatio quę in sola consistit cogitatione, ante consensum est venialis. ergo consensu adueniente non p̄t fieri mortalis.

¶ Item ratio peccati mortalis in auersione a Deo consistit, auerti autem a Deo non est inferioris rationis, sed superioris cuius est conuerti, opposita enim sunt eiusdem. ergo peccatum in inferiori ratione, esse non potest: sed consensus in delectationem ab Aug. ponitur in inferiori. ergo, &c.

¶ Item, ut dicit Aug. in lib. 1. cōtra Manichæum, si cupiditas nostra mota fuerit, iā quasi mulieri persuasum est: sed aliqui viriliter rō commotā cupiditatē refrenat, atque compescit, quod cum sit, non labimur in peccatum. ex quo uidetur accipi, quod in spiritali cōiugio nobis intimo si mulier peccat, & non vir, nō est peccatum: sed quando consentit in delectationē, & non in actum, mulier peccat, & nō vir,

huiusmodi autē dūq; cōsiderationes ordinatę sunt. Finis. n. f. in Philosophū 7. Eth. in operabilibus rōnē principij tener. In speculatiuis autē scientijs nō p̄ficatur iudiciū rōnis, nisi q̄ resoluuntur rōnes in prima principia. vnde nec in operabilibus perficit, nisi q̄ sit reductio vsq; ad vltimū finem, tunc. n. solummodo ratio vltimā sententiā dabit de operando, & hęc sija est cōsensus in opus. Et inde est, quod consensus in actū attribuitur rōni superiori, quā finem vltimū respicit: sed delectatio, siue delectationis cōplacencia, siue cōsensus attribuitur ab Aug. rationi inferiori. Quia igitur peccat aliquis in actum consentiendo, est peccatum in rōne superiori: q̄n vero per solam delectationē cū aliqua deliberatione, d̄ esse peccatū in inferiori rōne, p̄ hoc qd̄ in hmōi inferioribus disponendis immediate cōsistit. Sic autem d̄ esse peccatum in superiori ratione, & inferiori, in quātū motus appetitiuū, rōni attribuitur. Sed cōsiderādo actū proprium rationis d̄ esse peccatū in superiori vel inferiori ratione, quando ratio superior, vel inferior in propria collatione decipitur.

AD PRIMVM ergo dicendū, qd̄ secundum Philosophū in 2. de Anima, sicut sensus in proprijs sensibilibus numquā decipitur, circa sensibilia autē communia, & per accidens decipi p̄tita intellectus circa propriū obiectū. f. d̄ quod quid est, numquā decipitur, nisi forte p̄ accidens, nec circa propria principia, quę statim notis terminis cognoscuntur: sed decipit in conferendo & applicando principia cōia ad particulares conclusiones, & ita contingit rōnē suā rectitudine priuari, & in ea esse peccatum.

AD SECVDVM dicendum, qd̄ sapientia & scientia secundum se opponuntur directe stultitia & ignorantia: sed quodammodo indirecte omnia alia peccata, inquantum. f. regimen sapientia, & scientia, qd̄ in quolibet opere requiritur, peccatū deprauatur, ratione cuius omnis malus dicitur ignorans.

AD TERTIVM dicendū, qd̄ peccatū d̄ esse in voluntate, nō sicut in subiecto, sed sicut i causa: quia ad peccatū requiritur q̄ sit voluntariū: illud autē qd̄ in voluntate causatur, rationi attribuitur ratione supradicta.

AD QVARTVM dicendum, quod peccatum hominis d̄ esse contra rationem, inquantum est contra rationem reclam, in qua peccatum esse nō potest.

AD QVINTVM dicendū, qd̄ rō superior fertur in rōnes aternas directe, sicut in ppria obiecta: sed ab eis quodāmodo reflectitur ad tēporalia, & caduca, p̄t ex illis rationibus aternis de huiusmodi temporalibus iudicat. Et sic cū eius iudiciū p̄uertitur circa aliquam materiam, illud rōni superiori ascribitur.

AD SEXTVM dicendū, qd̄ simile rationē Socrates faciebat, ostēdere volēs, qd̄ nullum sciētē contingit peccare, quia sciētia cū sit fortior a passione nō vincitur. Ad qd̄ rōndet Philosophus 7. Ethic. distinguēdo scientiā in vniuersalem & particularem, & scientiā in habitu, & in actu, & in habitu scientiā distinguit p̄ hoc, quod habitus p̄t esse solutus & ligatus, vt in ebriosis accidit. Contingit. n. aliquē habentē scientiā vniuersalem in actu particulari, circa quem est opus, non habere scientiā, nisi in habitu ligato per concupiscentiam, vel aliam passionē, vt sic iudiciū rōnis in particulari operationē, non possit informari in vniuersalem scientiā, & ita cōtingit errare rationē in electione. Et a tali errore electionis ois malus erit ignorās, quantiūcumq; habēat in vniuersali scientiam. Et per hunc modum ratio ad peccatum deducitur, inquantū per concupiscentiam ligatur.

1.2. q. 74. artic. 6.

Capit. 7. in Prin. tom. 1.

Capit. 1. a medio to. 3.

12. de Trin. c. 12. tom. 3.

VII,

vir, vt dicit Aug. 12. de Trinita. ergo &c.

10. Phy. c. 4.
5. & 3. to. 5.

¶ 8 Item, fm Philo. 10. Eth delectatio in bonitate & malitia cōsequitur operationē, ex qua causatur: sed actus exterior fornicationis, qui consistit in motu corporali, alius est ab interiori. scilicet cogitatione. ergo & delectatio, q̄ consequitur interiorē cogitationē alia est ab illa, q̄ consequitur exteriorē: actus autē interior ex genere suo nō est peccatum mortale, sicut erat exterior. ergo nec delectatio interior est de genere peccati mortalis. ergo videtur quod cōsensu in talē delectationē nō sit peccatū mortale.

Li. 23. cōtra
faulū c. 17.
in prin. ro. 6.

¶ 9 Præ. Id solū vī esse p̄m mortale, quod lege diuina prohibetur, vt patet per definitionem p̄m ab Aug. datam, quod p̄m est dictum, uel factum, vel concupitū contra legē Dei: sed non inuenitur in lege prohibitus cōsensu in delectationem. ergo &c.

¶ 10 Item, Idem iudicium vī esse de cōsensu interpretatiuo & expresso: sed cōsensu interpretatiuo nō videtur esse peccatum mortale, quia peccatum non transfertur in aliquā potentiā, nisi per actum illius potētie, in interpretatiuo autē cōsensu nō inuenit̄ aliq̄s actus rōnis, quā dī consentire: sed sola negligentia reprimendi illicitos motus. ergo cōsensu interpretatiuo in delectationem, non est peccatū mortale. ergo nec similiter cōsensu expresso.

In argum. 6.

¶ 11 Itē, Ex hoc aliq̄ p̄m est mortale, vt dictū est, qd̄ est contra p̄ceptum diuinū, alias nō cōtemnere tur Deus in trāsgressione p̄cepti, & sic peccatis animus nō auerteret a Deo: sed rō inferior nō aduertit rōnem p̄cepti diuini, hoc. n. est officium rōnis superioris, quā consulit rationes æternas. ergo in inferiori ratione peccatum mortale esse non potest.

¶ 12 Item, Cū in p̄m sint duo, cōuersio & auersio, ad conuersionē auersio sequitur, hoc. n. ipso qd̄ ali quis ad vnū cōtrarium conuertit̄, ab alio auertitur: sed ille q̄ cōsensit in delectationem, & nō in actum non plene conuertitur ad bonum commutabile, quia complementum in actu consistit. ergo nec est ibi completa auersio, & ita nec peccatū mortale.

Glo. ex. ibi.
in principi.
cap. 1.

¶ 13 Itē, Vt dicit glo. in princ. Hier. Deus p̄ior est ad miserendū, quā ad puniendū: sed si aliq̄s in meditatione diuinorū p̄ceptorū delectaret̄, & in talē delectationem consentiret, dummodo nō proponeret opere implere diuina p̄cepta, non mereret̄ p̄m. ergo nec meretur penam si in delectationē peccati consentiat, dummodo non statuat opere implere.

¶ 14 Itē, Inferior potestas rōnis mulieri cōparat̄: sed mulier nō est suæ uolūtatis, q̄a corporis sui potestatem non habet, vt dicit Apost. ergo nec inferior pars rōnis suæ uolūtatis est, & ita non potest peccare.

SED CONTRA, nullus dānat̄, nisi p̄ p̄m mortali: sed hō cōdēnabit̄ p̄ cōsensu in delectationē. Vnde Aug. 12. de Tri. totus hō damnabit̄, nisi hæc (quæ sine uoluntate operandi: sed tñ cum uolūtate animū talibus oblectādi, solius cogitationis sentiūtur esse peccatum) per meditationis gratiā remittātur. ergo cōsensu in delectationem est peccatū mortale.

Capit. 12. a
medi. tom. 5.

¶ 2 Præ. Delectatio alicuius operationis & ipsa operatio ad idem genus peccati reducunt̄, sicut & operatio uirtutis & delectatio in eadem ad eandem uirtutem. Iusti enim est & operari iusta, & delectari de iustis operibus, ut patet in 1. Eth. sed ipse actus fornicationis est in genere peccati mortalis. ergo & delectatio in cogitatione de fornicatione. ergo &c.

Cap. 8. a me
dio tom. 5.

¶ 3 Item, Si in rōne inferiori p̄m mortale esse non posset, gentiles qui deliberabant de actibus, nisi secundum inferiores rationes, mortaliter nō peccat-

sent fornicando, quod patet esse falsum. igitur in ratione inferiori potest esse peccatum.

RESPON. Dicendū, quod eadem questio est de delectatione morosa, utrum sit peccatum mortale, & qua queritur de consensu in delectationē delectatio enim de delectatione morosa esse non potest, an sit peccatum mortale, si dicatur esse morosa a mora temporis. Certum est enim, quod prolixitas temporis non potest dare actui rationem peccati mortalis, nisi aliquid aliud interueniat, cum non sit circumstantia in infinitum aggrauans: sed hoc videtur esse dubium, utrum delectatio, quæ dicitur morosa ex consensu rationis superueniente, peccatum mortale sit. Circa hoc autem diuersimode aliqui

opinati sunt. Quidam n. dixerunt, quod non est peccatum mortale: sed veniale. Quæ quidem opinio Augustino aduersari videtur, qui ex tali consensu damnationem homini cōminatur, vt patet ex verbis eius inductis. Isti opinioni contra dicit communis opinio modernorum, & videtur in periculum animarum vergere, cum ex consensu in talem delectationem homo in peccatum promptissime incidere possit. Vnde alteri opinioni magis vī esse attendendum, quæ ponit talem consensum esse peccatum mortale, cuius opinionis veritas hinc accipi potest. Sciendum namque, quod sicut ad exteriorem fornicationis actum sequitur sua delectatio sensibilibus, ita ad actū cogitationis sequitur sua delectatio interior: sed ad cogitationem duplex delectatio sequitur. vna quidem ex parte ipsius cogitationis, altero ex parte ipsius cogitanti. delectatur enim quandoque in cogitatione propter ipsam cogitationem, ex qua nobis acquiritur quædam cognitio in actu aliquorum, quāuis illa nobis displicent, sicut illi quis iustus cogitat de peccatis de eis disputando, & conferendo, & in veritate istius cogitationis delectatur: sed tunc propter ipsa cogitata delectatio sequitur, quando ipsas res cogitata affectum mouet, & allicit. & hæc quidem duæ cogitationes in quibusdā actibus manifeste differunt, & aperte distinguuntur: sed earum distinctio in cogitatione de peccato carnis magis latet, eo quod propter corruptionem concupiscibilis ad cogitationem talium concupiscibilium, statim sequitur motus in concupiscibili ex ipsis concupiscibilibus causatus. Delectatio igitur illa, quæ cogitationem sequitur ex parte ipsius cogitantis, oīno ad aliud genus reducit̄, quā delectatio exterioris ad? unde talis delectatio quælibet cumque malorum cogitationem sequatur, peccatum non est peccatum: sed delectatio laudabilis, ut cum quis delectatur in cogitatione veri, vel in studio aliqua immoderantia continebitur, sub peccato carnis latet: sed illa delectatio, quæ sequitur cogitationem ex parte rei cogitata, in idem genus conuertitur cum delectatione exterioris actus. Vt. n. dicitur in

1. Metaphisico. delectatio per se in actu consistit, sed species & memoria propter actum delectabilia sunt. unde constat, quod talis delectatio secundum genus suum inordinata est eadem inordinatio, quæ est inordinata delectatio exterior. dato igitur, quod delectatio exterior sit delectatio peccati mortalis, & tunc etiam interior delectatio in se, & absolute considerata de genere peccati mortalis erit, quāsi cūque autem se ratio subijcit peccato mortali per approbationem, tūc est peccatum mortale. Excluditur. n. a ratione rectitudo iustitiae, cum ipsa subijcitur iniquitati per approbationem. Tunc autem

subijcitur

subijcitur

subiicit huic delectationi peruersa, qm̄ in eam cōsentit. Et hoc est prima subiectio, qua ei se subiicit, & ex hac subiectione consequitur qn̄q; ut ipsum actum inordinatū eligat ppter hanc delectationem perfectius cōsequendam. Et q̄to ad plures inordinationis tendit, ad hoc quod delectationem consequat, tanto magis in peccato progredit. Totius tñ istius progressus prima radix erit ille consensus, quo delectationem acceptauit, unde ibi p̄ctm̄ mortale inchoatur. Vnde simpliciter concedimus consensum in delectationem fornicationis, vel alterius mortalis, p̄ctm̄ esse mortale. Ex quo sequitur quod quicquid homo agit ex consensu talis delectationis ad hoc, ut huiusmodi delectationem nutriat, vel teneat, sicut sunt turpes actus, vel libidinoso oscula, vel aliquid huiusmodi, totum est mortale p̄ctm̄.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut Au. dicit in Euch. oratio dominica, & alia huiusmodi non solum ad delenda peccata venialia valent, sed ad remissionem mortalium, quamuis non ita sufficiant ad delectationem mortalium, sicut venialium.

AD II. Dicendum, q̄ delectatio illa q̄ consequitur cogitationem de fornicatione ex parte cogitati, est mortalis s̄m̄ suum genus: sed per accidens tñ est veniale p̄ctm̄, in quantum s̄p̄uenit assensum deliberatum in quo persicit ratio p̄cti mortalis, sine quo si corpus ingnaret per violentiam d̄ non esset p̄ctm̄ mortale: q̄a non potest ingnari corpus in inuentione peccati, sine consensu mentis, ut dixit Lucia. Et iō qm̄ consensus aduenit, remouet p̄dictū accidens, & fit peccatum mortale: sicut accideret in ea q̄ p̄ violentiam corrumpitur, si consentiret.

AD III. Dicendum, q̄ tota inordinatio fornicationis undecumq; contingat, redundat in delectationem, quæ ex ipsa causatur. Vnde qui huius generis delectationem approbat, mortaliter peccat.

AD IIII. Dicendum, q̄ si aliquis delectaretur in cogitatione homicidij propter ipsam rem cogitam, hoc non esset, nisi per affectionem quam haberet ad homicidij, & ita peccaret mortaliter: sed si aliquis delectaret in cogitatione mali pp̄ notitiam eorum de quib. cogitat, vel propter aliquid huiusmodi, non erit peccatum mortale semper, sed reducitur ad aliquod aliud genus peccati scilicet ad curiositatem, vel aliquid aliud huiusmodi.

AD V. Dicendum, q̄ illa delectatio, quæ fuit venialis, numquam eadem numero erit mortalis, sed actus consensus superueniens erit mortalis.

AD VI. Dicendum, q̄ quis ratio superior sola p̄ se conuertatur ad Deum, tamen huius conuersionis aequaliter fit particeps inferior rō, s̄m̄ in quod a superiore regulatur: sicut concupiscibilis & irascibilis dicuntur participare aequaliter rationem, in quantum rationi obediunt: & ita auersio peccati mortalis potest pertinere ad rationem inferiorem.

AD VII. Dicendum, q̄ Aug. in lib. contra Manicheum non eodem modo exponit illa tria, sicut in 12. de Trin. In lib. n. de Trin. serpentem attribuit sensualitati, mulierem inferiori rationi, virum superioris: sed in lib. contra Manicheum serpentem sensui, mulierem concupiscentiæ, vel sensualitati, virum rationi, & ideo ratio non sequitur.

AD VIII. Dicendum, q̄ interior actus, scogitatio hęc alterius modi delectationem a delectatione actus exterioris, q̄ consequit cogitationem per se ipsam: sed delectatio q̄ consequitur cogitationē ex parte actus cogitati, reducitur in idem genus, quia nullus delectat in aliquo, nisi afficiatur ad illud & apprehendat illud, ut conueniens. Vñ qui cōsen-

tit in delectationem interiorem, approbat exteriorē, & vult ea frui saltem cogitando de ea.

AD IX. dicendum, quod cōsensum in delectationem prohibetur p̄cepto illo, non concupisces. Non enim sine causa de actu interiori, & exteriori concupiscentia diuersa p̄cepta dantur in lege, nihilominus tamen, si in nullo p̄cepto speciali prohiberet, ex hoc ipso q̄ fornicatio prohibet, prohibentur oīa consequētia, q̄ ad idē genus p̄tinet.

AD X. dicendum, q̄ antequam rō delectationē perpendat, vel noxamentum ipsum, non hęc inter pretatium consensum, et si non resistat: sed qm̄ iā perpendit rō de delectatione insurgente & de noxamento consequente, utpote cum percipit hō se totaliter per hōi delectationem in peccatū idinari, & in p̄cepto ruere, nisi expresse resistat, ut cōsentire. Et tunc peccatum ad rōnem transfertur p̄ actum eius: quia agere, & non agere, cum quis agere dēt, ad idē genus actus reducuntur, secundū qd̄ peccatum omissionis ad peccatum actus reducitur.

AD XI. dicendum, quod uis p̄cepti Dei puenit vsque ad rationem inferiorem, in quantum ipsa participat regimen superioris.

AD XII. dicendū, quod conuersio qua quis post deliberationē ad aliquid de gñre mali conuertit, sufficit ad rōnem peccati mortalis, quamuis post hanc cōpletionē aliqua alia cōpletio addi possit.

AD XIII. dicendum, quod sicut dicit Dio. 4. c. de Diu. nom. bonum causatur ex una tota & perfecta causa: sed malum ex singularib. defectibus, & ita plura requiruntur ad hoc, quod aliquid sit bonum meritorium, quam ad hoc, quod sit malum demeritorium: quamuis sit prior ad remunerandum bona, quam ad puniendum mala. Vnde cōsensu delectationis sine consensu operis, non sufficit ad merendum, sufficit autem ad demerendum.

AD XIV. dicendum, quod mulier de iure non debet uelle contra debitam tūi ordinationē, sed tamen de facto quandoque potest contrariū uelle, & uult, & ita est de inferiori ratione.

RATIONES in contrarium concedimus, quamuis ultima false concludat. Procedit. n. ac si gentilis secundum superiores rationem peccare non possit. Nullus. n. est qui non assimet in aliquo esse finem humanę uitę, & cum ex illo deliberationē accipiat, ad rationem superiores pertinet.

ARTICVLVS V.

Vtrum in ratione superiori possit esse peccatum veniale.

QVINTO queritur, utrum in rōne superiori possit esse peccatum veniale. Et uidet quod nō. Superioris. n. rōnis est inhære rationib. æternis. ergo & peccatum in ea esse non potest, nisi per hoc quod defleat a rationibus æternis: sed de flecti ab illis, est peccatum mortale, ergo &c.

¶ 2. Præ. Peccatū veniale per contemptū fit mortale: sed non vñ esse sine contemptu, quod aliquis delibet aliquid esse malum, & a Deo puniendum, & tñ illud committere consentiat. ergo uidetur quod quicumque post deliberationem superioris rōnis in actum consentit, peccatum veniale fit mortale.

¶ 3. Item, est aliquid in anima, in quo nō potest esse nisi peccatum veniale. scilicet sensualitas, & aliquid in quo potest esse veniale & mortale. scilicet inferior rō. ergo uidetur quod ibi sit aliquid, in quo non possit esse, nisi mortale. Hoc autem non est synderesis: quia in ea nullum peccatum est, ergo &c.

¶ 4. Itē, in angelo & in hōie in statu innocētię, nō poterat esse p̄ctm̄ veniale, pp̄ hoc qd̄ p̄ctm̄ veniale ex corruptione carnis orit, q̄ tunc non erat: sed rō

Quæst. dist. S. Tho. EEE superior

superior est remota a carnis corruptione. ergo &c.

Sed contra, consensus in actum peccati est grauior, quam ipse actus peccati. sed consensus in actum uenialis peccati ad superiorem rationem pertinet. ergo &c.

¶ 2 Item subitus motus infidelitatis peccati ueniale est. & non est nisi in superiori ratione. ergo &c.

Respon. Dicendum, quod in superiori parte rationis potest esse peccatum ueniale & mortale: sed tamen aliqua materia est, circa quam non potest esse nisi peccatum mortale, quod sic patet. Superior enim ratio habet actum circa aliquam materiam directe, scilicet circa rationes aternas, & circa aliquam materiam indirecte, scilicet circa rationes temporales, de quibus iudicat secundum rationes aternas. Circa materiam autem propriam, scilicet circa rationes aternas habet actum duplicem, scilicet subitum & deliberatum. Cum autem peccatum mortale non perficitur, nisi post actum deliberationis, poterit esse in superiori ratione peccatum ueniale, quando erit motus subitus; mortale autem quando erit deliberatum, sicut in peccato infidelitatis apparet: sed circa materiam temporalium rerum non habet actum, nisi deliberatum: quia non fertur ad ea, nisi conferens ad ea rationes aternas. Unde quantum ad huiusmodi materiam si sit in genere peccati mortalis, semper actus superioris rationis erit peccatum mortale: si autem sit in genere peccati uenialis, erit ueniale, ut patet cum quis consentit in uerbis otiosis.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio superior peccat per hoc, quod desceditur a rationibus aternis, non solum contra eas faciendo: sed faciendo preter eas, quod est peccatum ueniale.

Ad II. dicendum, quod non quilibet contemptus facit peccatum mortale; sed contemptus dei solum. Et per hunc solum homo auertitur a Deo; post quantumcumque autem deliberationem in peccatum ueniale consentiat, non committit Deum, nisi forte est in peccatum illud esse contrarium precepto diuino.

Ad III. Dicendum, quod hoc quod in sensualitate non potest esse peccatum mortale, contingit ex imperfectione eius. Ratio autem perfecta potentia est, & ideo in ea potest esse peccatum secundum omnem peccati differentiam. Actus enim eius potest esse in quolibet genere completus. Unde si sit in genere uenialis, est ueniale: si in genere mortalis, est mortale.

Ad IIII. dicendum, quod quamuis ratio superior non sit immediate carni coniuncta: tamen corruptio carnis usque ad ipsam pertingit, in quantum superior potentia ab inferioribus accipiunt.

QVÆSTIO XVI.

De Synderesi.

In tres articulos diuisa.

¶ Primo, Vtrum synderesis sit potentia, vel habitus.

¶ Secundo, Vtrum synderesis possit peccare.

¶ Tertio, Vtrum synderesis in aliquo extinguatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Synderesis sit potentia, uel habitus.

1p. q. 99. a. 2

¶ Væstio est de Synderesi. Et primo queritur, vtrum synderesis sit potentia, vel habitus. Et vs quod sit potentia. Ea enim que uenit in eandem diuisionem, sunt eiusdem generis: sed synderesis diuiditur contra concupiscibilem, irascibilem & rationalem, ut dicitur in gl. Hier. Ezech. I. sed irascibilis, & concupiscibilis, & rationalis sunt potentia. ergo & synderesis. Sed dicendum, quod non significat poten-

Super illud, in quatuor partib. 10. 3.



riam absolute, sed potentiam cum habitu.

¶ 2 Sed contra, Subiectum cui accidere non diuiditur contra subiectum absolute subiectum, non enim est diuisio conueniens, aialiu aliud ho, aliud ho ab. sed habitus comparat ad potentiam, sicut accides ad subiectum. ergo non debet diuidi id, quod dicit potentiam tantum, scilicet irascibilis, concupiscibilis, & rationalis contra id, quod nominat potentiam cum habitu.

¶ 3 Item vnus potentia contingit esse diuersos habitus: si igitur ratione habitus una potentia contra alia distinguere, quor sunt habitus potentia, tot membra esse deberent illius diuisionis, que partes animæ adinuicem distinguuntur.

¶ 4 Item, nihil idem & unum potest esse regulatum & regulatum; sed potentia per habitum regulat. ergo non potest potentia & habitus in idem coincideret, vni nomen potentiam, & habitum simul designat.

¶ 5 Item, habitui non inscribitur aliquid: sed potentie nisi: sed uniuersalia principia iuris naturalis dicuntur inscribi synderesi. ergo &c.

¶ 6 Item, ex duobus non potest vnus fieri, nisi altero mutato: sed habitus naturalis, quem significat esse synderesis nomen, non mutatur, quia oportet manere naturalia: nec iterum potentie alia transmutantur, ergo ex habitu naturali & potentia, non potest fieri vnus, ut vtrumque uno nomine nominetur.

¶ 7 Item, Synderesi opponitur sensualitas: quia sicut sensualitas semper inclinatur ad malum, ita synderesis semper ad bonum: sed sensualitas est potentia absolute, sine habitu. ergo & synderesis.

¶ 8 Item, sicut dicitur 4. Met. rō quā significat nomen est definitio. ergo illud nomen, quod non est hoc modo unum quo definibile est, uno nomine nominari non potest; sed aggregatum ex subiecto accidente, ut hoc quod dico homo albus, definitio non potest, ut probatur 7. Metaph. ergo nec aggregatum ex potentia & habitu. ergo non potest esse habitus potentia, uno nomine nominari.

¶ 9 Item, superior ratio potentia absolute nominatur: sed synderesis est idē quod superior ratio, ut dicitur in Aug. 2. li. de Lib. arb. in naturali iudicatorio, quod superioris rationis. ergo synderesis est potentia absolute.

¶ 10 Item, aut est potentia, aut habitus, aut passio. ergo vnus Philosophi, vel est insufficientis, vel non est aliquid in anima, quod sit simul potentia & habitus.

¶ 11 Item, contraria non possunt esse in eodem: sed nobis est fomes innatus, qui sepep inclinatur ad malum. ergo in nobis non potest esse aliquid habitus semper inclinans ad bonum, & ita synderesis que semper inclinatur ad bonum. non est habitus, vel habitus cum potentia: sed potentia absolute.

¶ 12 Item, ad operandum sufficit potentia, & habitus. si ergo synderesis sit potentia cum habitu operato, cum synderesis inclinatur ad bonum, non sufficiens erit ex puris naturalibus ad bene operandum, quod uidetur hæresis esse Pelagii.

¶ 13 Item, si synderesis sit potentia cum habitu, non est potentia passiva, sed actiua, cum habeat operationem aliquam: sicut autem potentia passiva fundatur supra materiam, ita actiua supra formam. In anima autem humana est duplex forma, vna per quam est animal conuenit in quantum spiritus est, qui est superior anima per quam corpus viuificatur, in quantum anima est qui est inferior. oportet ergo quod synderesis fundatur supra formam superiorem, vel inferiorem, si supra superiorem, est super-